

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Pauli Segneri Societatis Jesu Brevis Vitæ Historia cum ejusdem Concordia Quietis & Laboris in Oratione, Expositione in Psalmum Miserere, Considerationibus de Inferno, Expositione Cantici ...

Massei, Giuseppe
AUGUSTÆ Vindel. & DILINGÆ, 1707

VD18 12383155

Praxis Conjunctionis interioris cum Deo Pro actionibus tam particularibus, quàm Generalibus quæ per diem obeundæ veniunt desumpta ex Psalmis

<u>urn:nbn:de:hbz:466:1</u>-47773

PRAXIS

Conjunctionis interioris none concom DEO mos mio

Pro actionibus tam particularibus, quam Generalibus

qua per diem obeunda veniunt

desumpta ex Psalmis,

ad usum earum maxime Personarum

quæ DEO se

in Sacris Cœtibus, seu Religionihus implebuniur bonnie france confecrarunt accient to tacient with bunter. Aufere Confecrarunt

opera & studio

Ejusdem Vener. P. Pauli Segneri Societatis JESU.

Societatis JESU.

Societatis JESU.

Societatis JESU.

Societatis Jesus municipalitatis

Soci

Anivinia Anivinia 21 5 A al 2 in a mind a rep Pars I.

tit

JS [ca

Pars I.

Quæ complectitur actiones quoti-

Mane, cum excitaris.

Paratum cor meum DEUS, paratum cor meum: exurgam diluculo. Pfal 107.

Dum vestibus te induis.

DEUS DEUS meus, ad te de luce vigilo, & reliqua. Psal, 62 mo I omizem menso multipos

Dum ad Orationem te paras.

Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate, avertente autem te faciem turbabuntur. Auferes spiritum corum, & deficient, & in pulverem suum revertentur. Psal. 103.

Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Psal. 144.

Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à DEO escam sibi. Psal. 103. Talem te esse cogitabis, & idcirco excitabis te ad cibum è manibus DEI amabili & reverente violenzià rapiendum, si ille in hoc prebendo difficilem se monstraret.

Quemadmodum desiderat Cervus ad sontes aquarum, ita desiderat Anima mea ad te DEUS. Sitivit Anima mea

ad DEUM fortem vivum: quando veniam & apparebo ante faciem DE1? Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est DEUS tuus? Hæc recordatus sum, & essudi in me animam meam, quoniam transibo in locum Tabernaculi admirabilis usque ad Domum DEI. Psal. 41.

Dat Jumentis escam ipsorum, & pullis Corvorum invocantibus eum. Psal. 146. Et idcirco confides etiam tu.

Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus: Beatus vir, qui sperat in eo. Psal. 33.

Mane astabo tibi, & videbo, quoniam non DEUS volens iniquitatem tu es. Psal. 5.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Psal. 118.

Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Psal. 104.

Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua. Psal. 103. Sie dices, ad te deprimendum, timendo, ne dum horâ illâ fratres tui (tanquam animantes domestica) abunde potabuntur, tu velut bellua sylvestris siti emoriaris.

Vacate, & videte, quoniam ego sum DEUS: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Psal. 45.

Dum te aspergis aquà lustrali ad Orationem inchoandam.

Declinate à me maligni, & scrutabor mandata DEI mei. Psal. 118.

Ad initium Orationis antequam procumbas in genua.

Aperite mihi portas Justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino. Ita alloquéris Sanctos Angelos, tanquam nobiles DEI Aulicos: & imaginaberis tibi, quod illi te mittendo ad Matrem Sanctissimam, respondeant: Hæc porta Domini,

13 justi

ti-

CX.

elio

ore.

nia

ba-

ul-

llis &

EO

ex-

ret.

ım,

nea

ad

justi intrabunt in cam. Psal. 117. Hujus siquidem patrocinio admitti debes ad alloquium, si gratiose admitti desideras.

Ad te abjiciendum, cum te in DE I conspectu videris.

Domine quid est homo, quia innotuisti ei, aut Filius hominis, quia reputas eum? Psal. 143. non dixit: cognitus es ab eo; sed innotuisti ei. Neque enim homo prior suit in agnoscendo DEO, sed DEUS prior homini cognoscendum se prabuit.

Dum petis lumen ad orandum.

Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege

tua. Pfal. 118.

Appropinquet deprecatio mea in conspectutuo Domine, juxta eloquium tuum da mihi intellectum. Ps. 118. quibus verbis petitur gratia intelligendi Scripturas juxta proprium earum sensum. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Ps. 116.

Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine,

DEUS meus illumina tenebras meas. Pfal. 17.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Psal. 42. Deduxerunt, & adduxerunt prophetico more dicitar pro deducent & adducent.

DEUS misereatur nostril, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri; ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus

falutare tuum. Pfal. 66.

Memento nostri Domine in beneplacito tuo: visita nos in salutari tuo, ad videndum in bonitate (hoc est bonum) electorum tuorum; ad latandum in latitia gentis tua, ut lauderis lauderis cum hæreditate tua. Psal. 105. Incola ego sum in terra, non abscondas à me mandatatua. Psal. 118. Proprium enim est alienigenarum, ignorare consuetudines regionis. Servus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua. Psal. 118. Incumbit enim Servis, ut conentur intelligere voluntatem Domini.

DEUS tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Psal. 48. Que delicta augere solent

ignorantiam naturalem,

1-

45.

ius

tus

812

z se

ege

000

18,

p70.

bor

16.

ine,

de-

, &

IXC+

mit co-

ibus

ilita

um)

e, ut

deris

Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse: ostende faciem tuam, & salvi erimus. Psal. 79. Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam. Psal. 142.

Ad se bumiliandum, cum in progressu Orationis non adfuerit istud lumen, & ad urgenda postulata.

Comprehenderunt me iniquitates mez, & non potui ut viderem. Psal. 39.

Domine DEUS virtutum, quousque irasceris super

orationem servi tui? Plal. 79.

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, aut judicia tua in terra oblivionis? Psal. 87. Hoc est, in terra tujus oblitus sit DEUS.

Ad rogandum DEUM, ut tibi loqui dignetur.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam, quia in te speravi: Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam. Psal. 142.

Beatus, quem tu erudieris Domine, & de lege tua do-

cueris eum! Pfal, 93.

Ignitum eloquium tuum vehementer, & servus tuus dilexit illud. Psal. 118.

Fac

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, & justificationes tuas doce me. Psal. 118.

Viam justificationum tuarum instrue me, & exercebor

in mirabilibus tuis. Pfal. 118.

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, & justificationes tuas doce me. Psal. 118.

Bonus estu, & in bonitate tua doce me justificationes

tuas. Pfal. 118.

Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Psal. 42. Que omnia eo spectant, ut petatur à DEO, ut ipse dignetur esse Magister, ut que ideireo ipse loquatur, dum tu illum auscultas: & ô beatum te, se ille te allequatur, ut Davidem his verbis! Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris; sirmabo super te oculos meos. Psal. 31. Et ideireo pete hanc ab ipso gratiam.

Ut prapares te ad ipsum audiendum, cum tibi loqui caperit.

Audiam quid loquatur in me Dominus DEUS. Pl. 88. & ut dignoscas, veréne ille sit qui loquitur, serviunt, quamox sequuntur: Quoniam loquetur pacem in plebem suam, & in eos, qui convertuntur ad cov. Quando enim DEUS loquitur, semper relinquit in anima multam pacem, & sive ad Peccatores (in Plebem suam) sive ad Justos (super Sanctos sinos) loquatur, sive ad eos, qui actu ad ipsum convertuntur sin eos qui convertuntur ad cor) semper locutionem suam refert ad pacem, ad stabiliendam nimirum perfectam consensionem inter carnem, & spiritum, inter sensualitatem, & rationem, inter hominem & DEUM.

Obmutui: ad audiendum enim DEUM, qui hac tibi ratione loquatur, ante omnia necessarium est, tacere: & humiliatus sum; subinde oportet se abjicere, & silui à bonis, mox animum advertere, ad excipienda, que DEUS dabit, monita. Et dolor meus renovatus est. Hic primus effectus est, quem in bonis divina hac locutio excitat, dolor quidam intimus de ingrato, quo DEI beneficiis respondemus, animo; quem sequitur desiderium ardens serviendi ipsi side quàm optimâ. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardes sect ignis. Psal. 38.

Ad agendas illi gratias, ubi nobis ita locutus fuerit.

Domine quid est homo, quòd memor es ejus, aut silius hominis, quoniam visitas eum? Psal. 8.

Quàm dulica faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo. Psal. 118.

Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Psal. 118.

Ad agendas illi gratias pro quacunque consolatione non ordinaria accepta in Oratione.

Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum, quia satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavis bonis. Psal. 106.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te! Psal. 30.

Mandavit nubibus desuper, & januas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum. Panem Angelorum manducavit homo, cibaria misit eis in abundantia. Psal. 77.

Repleti sumus mane misericordia tua, exultavimus, & desectati sumus. Psal. 89.

Vir insipiens non cognoscer, & stultus non intelli-Bb get hæe.

80

TO

8

nes

nas r d ua-

llo-

8

cu-

100

88.

20%

, 82

10-

ad

tos

tur

4e-

nst-

ati=

tibi

mi-

itus

Praxis Conjunct.

194

get hæc. Psal. 91. Ita loquèris miserando homines Mundi amatores.

Suavis Dominis universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus; hoc est etiam super miserrimum quemque, qualis & tu es. psal, 144.

Non secundum peccata nostra fecit nobis, nequesecundum iniquitates nostras retribuit nobis, psal. 102.

Qui, sicut Dominus DEUS noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo, & in terra? Suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui, psal. 112. Vox in Cælo, refertur ad illam (qui in altis habitat) & vox in terra ad illam (humilia respicit) & est transpositio Hebrais familiaris.

Pluviam voluntariam segregabis DEUS hæreditati tuæ, & insirmata est (hoc est, quia insirmata est) tu verò perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parâsti in

dulcedine tua pauperi, DEUS. pfal. 67.

Propè est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate, psal, 144.

Pax multa diligentibus legem tuam. Psal. 118.

Magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sumus
lætantes. Psal. 115.

Ad rata habenda proposita serviendi ipsi sideliter, ut agnoscamus accepta consolationis beneficinm.

Dominus dedit benignitatem, & terra nostra dedit fructum suum, psal. 84. In æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivicasti me. psal. 118.

Tibi dixit cor meum; exquisivit te facies mea, faciem

tuam Domine requiram. psal. 26.

Jura-

Juravi, & statui; custodire judicia justitiæ tuæ. ps. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. psal. 118.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore. Psal. 118. Atque ita desidera saltem desiderare.

Portio mea Domine dixi custodire legem tuam. ps. 118. Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui; si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ, psal. 140.

Custodiam legem tuam semper, in seculum, & in seculum seculi. Psal, 118.

Ut te excites ad ocultanda illa dona, qua DEVS in Oratione tibi communicat.

In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Psal. 118.

Ad excitandum in te magnum timorem, si quando tentareris ad Orationem omittendam.

Omnem escam abominata est anima eorum, appropinquaverunt usque ad portas mortis, psal. 106. Omnis esca, est Manna, propriissimum symbolum illius cibi, qui in Oratione gustatur.

Percussus sum, ut sænum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Psal. 101.

Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ. Omnes nimirum cordis tui perturbationes. psal. 103.

Nisi quia lex tua meditatio mea est; tunc forte periissem in humilitate mea. psal. 118.

Bb 2

Lucer-

di

12

.

e-

Di+

de ol-

ui.

12-

25-

ati

er-

in

0-

1115

ut

dit

Ai-

em

ıra-

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. psal. 118. Sie ut sublato hoe lumine non possis non cadere.

Nescierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant, movebuntur omnia fundamenta terræ. Psal. 81.

DEUM non invocaverunt: quid inde secutum est? illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Psal. 52. Tam

abjecto (unt animo in tentationibus.

Benedictus DEUS, qui non amovit orationem suam & misericordiam suam à me. Psal. 65. Ad quod subjungit Sanctus Augustinus. Cum videris non amoveri à te deprecationem tuam, securus esto, quia non est amota à te misericordia ejus. Collige proin hinc è diverso, quod si amota est à te deprecatio, amota sit etiam misericordia.

Vt statuas, non ante te componere ad quietem capiendam, quam Orationis pensum persolveris.

Si ascendero in lectum strasi mei: si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem: & requiem temporibus meis; donec inveniam locum Domino. psal.

2 uid est aliud invenire locum Domino, quam ex corde tuo templum DEO construere, & inibi eum invocare?

Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposuero Jerusalem in principio læ-

titiæ meæ. pfal. 136.

Vt animos tibi addas, siquando Orationis tempore aridum te & desolatum experiaris.

DEUS, DEUS meus respice in me, quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. Ps. 21. i. o. delicta mea, juxta phrasin hebraam.

Aruit

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in pulverem mortis deduxistime. Ps. 37.

Ut jumentum factus sum apud te; & ego semper te-

cum. pfal 22.

n

t

6

it

Tractat de DEUS ut jumentum, quando pro eo quod te pascat manna in Oratione, pascit te exucco sæno: ne tamen idcirco ab eo recesseris.

Domine DEUS virtutum, quousque irasceris super orationem servi tui? cibabis nos pane lacrymarum, &

potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Psal 79.

Usquequo Domine repellis Orationem meam, avertis faciem tuam à me? Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea. Psal. 87.

Expandi manus meas ad te, anima mea ficut terra,

fine aqua tibi. Pfal. 142.

Quare faciem tuam avertis? oblivisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ. psal. 43.

Usquequo Domine oblivisceris me in finem; usque-

quò avertis faciem tuam à me? psal. 12.

Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto. Plal. 67. Perinde ac si querereris apud DEUM, quod pro eo quod invenias dulcedinem in Oratione, ut alij, tu

amara omnia sentias.

Ut quid Domine repulisti in finem? iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ? Lætisica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam sevavi: quoniam tu Domine suavis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te. psal. 85.

Positi flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem à malitia inhab tan-

Bb; tium

tium in ea. Psal, 106. Tale in desolationibus est cor no.

Vivifica me, & custodiam sermones tuos. psal. 88.

Vt animos tibi addas in desolationibus, quas etiam extra Orationem experiris.

Anima mea turbata est valde, sed tu Domine usque.

quo? Plal. 6.

Ut quid Domine recessisti longe? despicis in opportunitatibus in tribulatione. Psal. 9.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu pro-

pter bonitatem tuam. Plal. 23.

Respice in me, & miserere mei, quia unicus & pauper

fum ego. pfal. 23.

Ne avertas faciem tuam à me; ne declines in ita à servo tuo. Psal. 26.

Inclina ad me aurem tuam, accelera, ut eruas me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principa-

li confirma me. pfal. 50.

Laboravi clamans, raucæ factæ funt fauces meæ, defecerunt oculi mei, dum spero in DEUM meum, ps. 68.

Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem,

tota die contriftatus ingrediebar. pfal. 37.

Ne avertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me; intende animæ meæ, & libera cam. psal. 68.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes,

quando confolaberis me. pfal. 118.

Dormitavit anima mea præ tædio; confirma me in verbis tuis, psal. 118.

Quare

Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? psal. 41.

Miserere mei Domine quoniam ad te clamavi tota die: lætisica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi. Quoniam tu Domine suavis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te. Psal 85.

In me transierunt omnes iræ tuæ, & terrores tui conturbaverunt me: circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. Elongâsti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria. Psal. 87. Per ultimos hos intelligere potes Sanctos Advocatos & Patronos tuos, quorum nemo videtur meminisse tui ad opem tibi ferendam, quando desolatio magna est.

Exurge, quare obdormis Domine, exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam avertis, oblivisceris
inopiæ nostræ, & tribulationis nostru? Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, conglutinatus est jn terra
venter noster. Exurge Domine adjuva nos, & redime nos

propter nomen tuum. Pfal. 43.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationis bus, Propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam ejus: Verumtamen vanè conturbatur omnis homo (si enim DEUS illum consolario non vult, frustra alibi solatia quarit.) Exaudi orationem meam & deprecationem meam, auribus percipe lacrymas meas. Ne silcas (tunc re verà tacet DEUS, quando etiam aures ad nos audiendos obturare videtur) quoniam advena ego sum, & peregrinus sicut omnes patres mei. (Peregrinus in terra est, qui non illam, sed calum, habet pro patria, & idcirco ad DEUM cum siducia consugit.) Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero shoc est, non

m

C-

U-

0-

oer

CI-

ic.

12-

le-

n,

ou-

era

es,

in

are

ero amplius peregrinus. | Recte dein dicitur , Refrigerer: neque enim bic datur gaudere plena consolatione, sed refrigerio duntaxat modico; ut proprium peregrimorum est in suis

itineribus. Pfal. 38.

Fac mecum fignum in bonum (hoc est, da mihi signum quoddam bonum) ut videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me. Psal. 8. Hoc porro signum bonum videtur esse latitia spiritualis Justorum propria, ut ait Bellarminus.

Ut iisdem in occasionibus resumas animum excitando te spe reditura paulo post consolationis.

Non in finem erit oblivio pauperis: patientia paupe.

rum non peribit in finem. Plal. 9.

Quare tristis es Anima mea, & quare conturbas me? fpera in DEO, quoniam adhuc confitebor illi, falutare vultus mei, & DEUS meus. Pfal. 41.

Expecta Dominum, viriliter age, confortetur cortu-

um, & sustine Dominum. Psal. 26.

DEUS manifeste veniet, DEUS noster, & non sile-

bit. Pfal. 49.

Expectabo eum, qui salvum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. Psal. 53. Fecit prophetico more dictum est pro faciet.

In umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat ini-

Non

quitas. Pfal. 65.

Nunquid in æternum projiciet DEUS? aut non apponet, ut complacitior sit adhuc? aut in finem misericordiam fuam abscinder à generatione in generationem, aut obliviscetur misereri DEUS, aut continebit in irasuamifericordias suas? Psal. 76.

Mon in perpetuum irascetur, neque in aternum comminabitur. Psal. 102.

Late Dat nivem, sieut lanam: nebulam (id est prainam) sieut einerem spargit, mittit eristallum suam sidest glaciem) sieut buccellas. Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit? Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, stabit spiritus ejus, & stuent aquæ, psal. 147. Quod idem est ac dicere: quantille apus est DEO, ut, si vult, gelu tam magnum dissipet soup, mitten adam magnum dissipet soup.

DEUS judex justus, fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies? Psal. 7.

-no Ad vesperum demorabitur setus, & ad matutinum latitia. Psal. 29susm mumina musicus suns conomici

Habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum letantem. Plal. 112.

triet: non dabit in æternum fluctuationem Justo. Psal. 14.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum ejus tu mitigas, psal. 88.

Anima nostra sustinet Dominum (id est, expectat patienter) quoniam adjutor & protector noster est; quia in co lætabitur cor nostrum. Psal. 32,

Ad agendas DEO gratias quando finitis tandem defolationibus ille ad te visitandum redierit.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi! conscidisti saccum meum & circumdedisti me lætitia. Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine DEUS meus in æternum consitebor tibi. Fsal. 29.

Cc

Difce-



r:

ze-

um m-

tia

do

DC.

e?

are

tu-

lc-

ta-

ore

ni-

00-

di-

aut

ni-

OF

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem, quoniam exaudivit Dominus vocem sletus mei. Psal. 6.

Quantas oftendisti mihi tribulationes multas & malas & conversus vivisicasti me, & de abyssis terra iterum reduxisti me: multiplicasti magnificentiam tuam, & consolatus es me. Psal. 70.

Petierunt, & venit coturnix; & pane cæli saturavit eos: disrupit petram, & fluxerunt aquæ abierunt in sieco flumina, quoniam memor suit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia, psal. 1042

Secundum multitudinem dolorum in corde meo, confolationes tuæ lætificaverunt animam meam. pfal. 93.

Dedit eis petitionem eorum, & misit saturitatem in animas eorum. psal. 105.

Statuit procellam ejus in auram, & siluerunt sluctus ejus. Et lætati sunt, quia siluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum, psal. 106.

Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine

aqua in exitus aquarum. Plal. 106.

Convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Psal. 113.

Videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me. psal. 85.

Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, an-

nis quibus vidimus mala. Pfal. 89.

Ego dixi in excessu mentis meæ: projectus sum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te. psal. 30. Hocest, quando magis derelistum te existimabas; projectus,

Renuit

Renuit consolari anima mea; memor sui DEI, & delectatus sum. psal. 76.

In die tribulationis mez DEUM exquisivi manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Psal. 76. Inveniri se permittit DEUS etiam in tenebris, dum velut manibus explorabundis quaritur.

Educens nubes ab extremo terræ; fulgura in pluviam fecit. Psal. 143.

Viderunt te aquæ DEUS, viderunt te aquæ & timuerunt. Psal. 76. Per aquas convenienter intelliguntur tempestates anima, dissipata mox atque DEUS in illa apparet.

Exortum est in tenebris sumen rectis; misericors & miserator & justus. Psal. 111.

Ante pensum Sacerdotale, aut alias ejus generis Orationes vocales.

Lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam. Psal. 34.

Vespere, & mane, & meridie narrabo & annuntiabo & exaudiet vocem meam. Psal. 54.

A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini, Psal. 112. Hoc est à nunc usque ad vesperum.

Adjutor meus tibi psallam, quia DEUS susceptor meus es: DEUS meus misericordia. Psal. 58.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. Píal. 70.

Exultabunt labia mea, cum cantavero tibi, & anima mea, quam redemisti: sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam. Psal. 70.

Cantabo Domino in vita mea; psallam DEO meo

n

as

C-

0.

vit

CO.

12-

ım

n-

in

tus in

inc

in

am

111-

ı à

nis

ma-

uit

quamdiu sum. Jucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino. Psal. 103.

Vivet anima mea, & laudabit te, & judicia tua adju-

vabunt me. Pfal. 118.

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea. Psallam DEO meo, quamdiu suero. Ps. 114.

In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & consitebor nomini tuo: Super misericordia tua, & veritate tua, quoniam magnisicasti super omne nomen sanctum tuum. Psal. 137.

Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto ejus in seculum, & in se-

culum feculi. Pfal. 144.

DEO nostro sit jusunda decoráque laudatio. Ps. 145. Psallite DEO nostro, psallite Regi nostro, psallite. Quoniam Rex omnis terræ DEUS, psallite sapienter. Psal. 46. Nota vocem sapienter, & erubesce, si in persolvendo divino officio tam vagus es, ut ne quidem scias, quid dicas; aut saltem in rem attentus non es.

Immola DEO sacrificium laudis. & redde altissimo votatua Psal. 49. Sic alloquéris animam tuam, ad eamex.

citandam.

Persoluto divino Officio.

Sic Psalmum dicam Nominituo in seculum seculi, ut reddam vota mea de die in diem, Psal. 60.



Pro

Pro Examine ante Confessionem vide infra sub titulo: In Examine Conscientia.

Dum ad Confessionem peragendam accedis.

Iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. Psal. 37. S. Hieronymus legit: Solicitus ero pro peccato meo: cogitando quid mihi faciendum sit ad illud expiandum.

Mox à peracta Confessione, dum provolutus in genua ad persolvendam panitentiam Sanctorum opem exposcis.

Delictum meum cognitum tibi feci, & injustitiam meam non abscondi. Dixi consitebor adversum me injustitiam meam Domino, & tu remissisti impietatem peccati. Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno. Psal. 31. Nota vocem illam, adversum me; & disce te, & non alium, de malitia tua accusare.

Ad colloquendum suaviter cum DEO à peracto Missa Sacrificio.

Dic animæ meæ: salus tua ego sum. Psal. 34. Ego dixi Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi. Psal. 40.

Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi?

Ne derelinquas me Domine DEUS meus, ne discesseris à me. Psal, 37.

O Domine salvum me sac, ô Domine bene prosperare.

Benedictus qui venit in nomine Domini. Psal. 77. Venit,

in præ-

ve-

ju-

in 4.

ad

per

fu-

ne-

fe-

45.

lite.

o di-

aut

imo

exo

, ut

Pro

in praterito. DEUS meus es tu, & consitebor tibi: DEUS meus es tu, & exaltabo te. Psal. 117. Et quando unquam majore cum fundamento dicere poteris DEO, quod tuus sit, quam quando intra te est?

Apud me oratio DEO vitæ meæ: dicam DEO, susceptor meus es. Nissi malis nunc dicere: Susceptor tuus

fum. Pfal. 41.

Domum tuam Domine decer sanctitudo in longitudinem dierum. Psal. 92. Ideo excita te ad constantem Innocentiam. Nonne DEO subjecta erit anima mea? ab ipso

enim falutare meum. Pfal. 61.

Quid mihi est in cxlo, & à te-quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum: DEUS cordis mei, & pars mea DEUS in xternum. Psal. 72. Nuntium remittit calo & terra, qui non spectat aliud qu'am DEUM: paratus hoc in Mundo carere solatiis omnibus non bumanis tantum, sed etiam calestibus.

Benedicanima mea Domine, & omnia quæ intrame

sunt nomini sancto ejus. Psal. 102.

Domine dilexi decorem domus tux, & locum habitationis glorix tux. Talis locus est cor tuum, & ideo mundum illud serva. Clamavi ad te Domine, dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viventium. Psal. 41.

Parâsti in conspectu meo mensam adversus cos, qui

democratical Plates.

tribulant me. Pfal. 22.

Vivit Dominus, & benedictus DEUS meus, & exal-

tetur DEUS salutis mex. Psal. 17.

Vt excites te ad fugiendum consortium humanum etiam tempore desolationis, imò tune magis, quàm unquam aliàs.

Cor meum conturbatum est in me, & formido mor-



tis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ: & dixi: quid! Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam! Ecce elongavi sugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eum, qui salvum me secit à pusillanimitate spiritus, & rempestate. Psal. 54. Fecit iterum prophetice pro saciet.

A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ: quid hinc sequitur? Similis sactus sum pellicano solitudinis: sactus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Psal. 101.

In terra deserta, & invia & inaquosa sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & glosiam tuam. Plal. 62. Id est: ita ut viderem: tantum prodest, manere in loco deserto. Transmigra in montem sicut passer, quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Psal. 10.

Hortatur nos ad studium solitudinis, ut sugiamus insidias peccatorum, qui nos seducere vellent. Cadent in retiaculo ejus peccatores. Quid igitur agendum tibi, ne in hos ipsos Damonis laqueos incidas? Singulariter sum ego donec transeam. Solitudo quarenda: quod idem est ac procut esse ab his laqueis: atque hoc non modico tantum tempore, sed usque ad sinem. Donec transeam. Psal. 40. Sic Sanctus Chrysostomus hunc locum interpretatus est.

Ad petendum à DEO lumen in peragendo negotio quod quis aggressus sit.

Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu'es DEUS Salvator, & te sustinui tota die. Psal. 24.

Respice in servos tuos, & in opera tua, & dirige si-

US

nam

fit,

fu-

uus

udi-

nnoa

ipfo

ter-

mei,

2 160

pa-

tane

me

abi-

nun-

spes .

qui

xal-

eti-

101-

CO

lios corum: & sir splendor Domini DEI nostri super nos, & opus manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. Psal. 89.

Dum primo ad cibum capiendum, deinde ad collo.

Pone Domine custodiam ori meo (ori, in cibo sumendo) & ostium circumstantia labiis meis labiis inter colloquendum.) Psal. 140.

Dum ad colloquium, de quo modo, itur.

que Dixitouftodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mean Pfale 38., mani menuriv merebito in idia iona

Vir linguosus non dirigetur in terra. Plal 139.

Non faciam proximo meo malum, & opprobrium non accipiam adversus proximos meos. Pial. 14.

Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos; sedens adversus fratrem tuum loquebaris, adversus silium matris tux ponebas scandalum: hxc secisti, & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis? arguam te, & statuam contra faciem tuam. Psal. 49. Sape tecum repete hac verba, quibus DEUS te alloquitur, & contremise. rid colligendum animum, sequando se effudisset in

d colligendum animum, siquando se esquaisse u colloquia plus aquo lata, aut in varia negotia profana, & multas curas externas.

Salvum me fac DEUS, quoniam intraverunt aqua usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Psal 68.

Sicut aqua effusus sum, & dissipata sunt omnia ossa

mea. Pfal. 21. no choquint the cour sover at

Eripe

Eripe me de luto, ut non infigar. psal. 68.

Erravi sicut ovis, quæ periit, quære servum tuum, quia legem tuam non sum oblitus. Psal. 118. Hot est, longè evagatus es à DEO, etsiillum non offenderis. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis: de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vaniratem. Psal. 43. Filii alieni illi sunt qui non sunt ejusdem spiritus, sed agere volunt de aliis, quàm de DEO.

Dum domo prodis.

Dominus custodiat introitum meum, & exitum meum ex hoc nunc & usque in seculum. psal. 120.

Greffus meos dirige secundum eloquium tuum, &

non dominetur mei omnis injustitia. Psal. 118.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in verirate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum, id est, sie lætetur, ut timeat, &c. psal. 85.

Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodi-

am mandata tua. Plal. 118.

Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas. Psal. 118.

Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperum. Psal. 103. Et sic age gratias DEO,

quod istud tibi permiserit.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos, juxta iter scandalum posuerunt mihi. Psal. 139. Servit istud, ut sis cautus in periculis, in qua offendis in via vel videndo, vel audiendo. Ec.

Dum, ut solet, in oculos incurrit venustas aliqua

Tanquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum citò decident. Psal. 36.

Dd

Verum-

nos,

ma-

0.

rand

nen-

ello-

(南部

tack to

lin-

parm

118

rium

nna-

i, ad-

cifti,

guam

nisce.

et in

aquæ

undi,

a offa

Eripe

1-

Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens.

Verumtamen in imagine pertransit homo. Psal. 38.

Cum interierit non sumet omnia: neque descendet
cum eo gloria ejus. Psal. 48.

Homo sieut sænum dies ejus: tanquam flos agri sie

efflorebit. pfal, 102.

Defecerunt in vanitate dies corum, & anni corum

cum festinatione. Psal. 77.

Dum in via occurrunt illa ineptia, quas tam multi Mortales, obliti DEI, cum sua pernicie sectantur.

Filij hominum usquequo gravi corde? ut quid dili-

gitis vanitatem, & quæritis mendacium? Pfal. 4.

DEUS de calo prospexit super silios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens DEUM: Omnes declinaverunt, simul inutiles sacti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Psal. 52.

Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum,

labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. Psal. 11.

Non est in ore corum veritas, & cor corum vanum

eft. Pfal. c.

Vidi iniquitatem & contradictionem in civitate: die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas, & labor in medio ejus, & injustitia; & non defecit de plateis

ejus ulura & dolus. plal 54.

Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris (scilicet in judicio, quo de malo & bonojudicant) ut decipiant ipsi de vanitate in id ipsium. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, divitiz
scassilluant, nolite cor apponere. Psal. 61.



Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Psal. 18. Contritio, & infelicitas in viis corum, & viam pacis non cognoverunt. Psal. 13.

Dum Templum ingrederis ad orandum.

Ego autem in multitudine misericordiz tuz introibo in domum tuam; adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Psal. 5.

Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam ti-

bi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Psal. 65.

Exaudi Domine vocem deprecationis mez, dum oro adte: dum extollo manus meas ad templum sanctum tu-

um. pfal. 27.

C

i-

It

e-,,

at

1,

m

ic

1.

is

5-

e-

æ

0

Sancti tui benedicent tibi, gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur, ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentia regni

tui. Pfal. 143.

Dum invisis ad Christum in SS. Evcharistia Sacramento.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exultaverunt in DEUM vivum. Etenim passer invenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. Altaria tua Domine virtutum (intelligitur, nidus meus erunt.) Rex meus, & DEUS meus, Beati qui habitant in domo tua Domine, & quare? in secula seculorum laudabunt te. Non laudabant te sicut ego, qui vix id ago per quartam hora & brevissim mam partem. Psal. 83.

22) 0 (23

Dd2

In

In Examine Conscientiæ.

Gratiarum actio pro Beneficiis acceptis.

Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus. Psal. 102. Noli oblivisci, quòd te condiderit ex nihilo. Noli oblivisci, quòd te redemerit &c. vocantur autem hac benesicia retributiones, quia DEUS retribuit bonum pro malo.

Punctum II.
Petitio Luminis.

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte; nequando dicat inimicus meus, prævalui adversus sum. psal. 12.

Punctum III. Discussio actionum diurnarum.

Proba me Domine, & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est; & deduc me in via atterna. Psal. 138. In sine hujus puncti ita te ipsum alloquere. Nonne DEUS requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis. Psal. 43.

Punctum IV.

Propter nomen tuum Domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim. psal. 24.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam, psal, 118.

Si ini-



Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit? Psal. 129.

Non intres in judicium cum servo tuo, Domine, quiz non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ps. 142.

Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Psal, 50.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis; rugicbam à

gemitu cordis mei. Psal. 37.

Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte universa delicta mea. Psal. 24. Quibus verbis DEO tanquam motivum ad ignoscendum culpis nostris, & vilitatem nostram, & diffcultatem quam sentimus in abstinendo à peccatis, adducimus.

Ad sese abjiciendum in boc quarto puncto, dum se quis

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ; non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me. Psal. 37.

Circumdederunt me mala, quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem, multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Psal. 79.

Repleta est malis anima mea, & vita mea Inferno appropinquavit. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebro-

sis, & in umbra mortis. Psal. 87.

Dixit; & venit locusta, & bruchus, cujus non erat numerus, & comedit omne sænum in terra eorum, & comedit omnem fructum in terra eorum. Psal. 104. Hic considerabis cor tuum ob tot desectus omni virtute vacuum.

Dd 3 Tury

Turbatus est à furore oculus meus, dum me video tot peccatis oneratum, inveteravi inter omnes inimicos meos: s. e. inter hos ipsos tam multiplices defectus. Psal. 64.

Ad abjiciendum se in boc ipso puncto, dum se videt quis tam instabilem in propositis orationis tempore conceptis.

Ego dixi in abundantia mea non movebor in æternum: Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Pfal. 29.

Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, con-

versi sunt in die belli. Psal. 77.

Citò fecerunt; obliti sunt operum ejus, & non susti-

nucrunt confilium ejus. Pfal. 105. Ad abjiciendum se in boc ipso puncto, dum quis se videt lapsum iterum in ea peccata, que jam

emendaverat.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Psal. 37.

Ne quis se efferat, cum vel nullos, vel pauculos in se defectus invenire videtur.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo. Psal. 18.

Punctum V.

Propositum Emendationis.

Allevat Dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes elisos. Psal. 141.

Et ero imaculatus cum eo, & observabo me ab iniquitate mea. Pfal. 17.

Ipic



Ipse DEUS meus, & salutaris meus: susceptor meus non movebor amplius. Psal. 61.

Ut statuas non ante desistere, quam omnes animi tui perturbationes & pravas propensiones domueris.

Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non convertar donec deficiant. Psal. 17:

Ad agendas DEO gratias propter bona proposita, que in Examine nos implevisse deprehendimus.

In me sunt DEUS vota tua, quæ reddam laudationes tibi, quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, ut placeam coram DEO in lumine viventium. Psal. 55.

Impulsus eversus sum, ut caderem, & Dominus suscepit me. Psal. 17.

Ad petendam etiam deinceps similem constantiam, ne malo Damoni rem gratam faciamus.

Perfice gressus in semitis tuis, ut non moyeantur vestigia mea. Psal. 16.

Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori, cogitaverunt contra me; ne derelinquas me, ne sortè exaltentur. Psal. 138.

In hoc cognovi quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Plal. 40.

Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi. Psal. 12.

Non dicane in cordibus suis, euge, euge; nec dicant, devoravimus eum. Psal. 34.

basis and simon and

知的任

t

Pe

ic

le

(c

Ad offerenda DEO merita aliorum fratrum tuorum,

Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Pial. 118.

Dum ad quietem capiendam te componis, spe satis firma, quod DEUM iratum non habeas.

Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapiu. Pf. 114.

In pace inidipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Psal. 4.

Læratum est cor meum (in cogitando de DEO) exultavit lingua mea (in laudando DEO) insuper & caro mea requiescet in spe. Psal. 17.

据品集品品集品品集品品集品品

Pars II.

Quæ complectitur alia opera univer-

Ad agendas DEO gratias, quòd nos eripuerit è vita illa tepida ac negligente, in qua antè vixeramus.

E Go dormivi & somnum cepi, & exurrexi, quia Dominus suscepit me. Psal. 3.

Missi de summo, & accepit me, & assumpsie me de

Dedu-

Deduxit me super semitas justitiz propter nomen suum. Psal. 22.

Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Psal. 29.

Cum ceciderim, non sum collisus, quia Dominus

supposuit manum suam. Pial. 36.

3-

15

Om

I-

11=

Il-

re-

T-

Ma

nie

de

du-

Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi, & exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis; & statuit super petram pedes meos, & immist in os meum Canticum novum, carmen DEO nostro. Quid autem in aliis ex ejus modi exemplis sequatur, docent sequentia; Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Domino. Psal. 29.

Eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, ut placeam coram DEO in lumine viventium. Ps.55.

Misit de cælo, & liberavit me, dedit in opprobrium

conculcantes me. Pfal. 56.

Ego sum pauper, & dolens; salus tua DEUS suscepit me. Psal, 68.

Abundavir, ut averteret iram suam, & recordatus est quia caro sunt; spiritus vadens, & non rediens. Psal. 77.

Confitebor tibi Domine DEUS in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum, quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Psal. 85.

Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habital-

set in Inferno anima mea. Psal. 92.

Quomodo misertus est Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. 102.

In servum venundatus est Joseph, humiliaverunt in E e compedonec veniret verbum ejus. Eloquium Domini inflammaviteum; misit Rex, & solvit eum; princeps populorum, &;
dimisit eum. Constituit eum Dominum domus sux, &
principem omnis possessionis sux. Psal. 104. Quod idem
est ac dicere; Extraxit me à tanta pravitate, ut me constitueret Dominum & possessionem cali. Erraverunt in solitudine,
in inaquoso; viam civitatis habitaculi non invenerunt;
Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit, &
clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus corum eripuit eos, & deduxit eos in viam restam, ut irent in Civitatem habitationis, Psal, 106.

Eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum distupit. Consiteantur Domino, misericordiz ejus, & mirabilia ejus siliis hominum, quia contrivit portas zreas, & vectes serreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum; propter injustitias enim suas humiliati sunt. Misit verbum suum & sanavit eos, & eripuit eos

de interitionibus suis. Psal. 162.

Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo. Psal. 115.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis: cum exurgerent homines in nos, fortè vivos deglutissent nos: cum irasceretur furor eorum in nos, forsitam aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransivit anima nostra: forsitam pertransisset anima nostra aquam intolerabilem, Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum; Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Psal, 123.

Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exal-

tavit me: dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini. Castigans castiganvit me Dominus, & morti non tradidit me. Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas consitebor Domino: hæc porta Domini (scilicet, hæc porta justitiæ est vera porta, que ducit ad Dominum) justi intrabunt in eam. Consitebor tibi, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Psal. 117.

Vt nos excitemus ad standum bonis propositis etiam in oculis aliorum, vincendo respectus humanos.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus. Pfal. 1151

Vota mea Domino reddam in conspectu timentium eum. Psal. 27.

DEUS meus in te confido; non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim universi, qui sustinent te, non confundentur. Psal, 24.

DEUS dissipavit ossa corum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam DEUS sprevit eos. Psal, 52.

Consitebor Domino nimis in ore meo; in medio multorum laudabo eum : quia astitit à dextris pauperis, ut salvam faceret à persequentibus animam meam. Psal. 108.

Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Psal. 118, h.e. Quando ad amussim exequar plane omnia qua jubes.

Paratus sum, & non sum turbatus, & custodiam mais

Fiar cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar. Psal, 118.

Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ
E e 2 non

es

10

i=

5,

12,

us

ll-

non confundentur. Psal. 33. h. c. Orate, & non timebitis judicia hominum.

Vt obarmemur contra assultus aut apertos, aut oceultos, quibus nos non semel adoriuntur negligentiores in DEI obsequio, ut nos etiam ab hoc retrahant.

Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in DEO ejus. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea,

& exaltans caput meum, rfal. 3.

Exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt areum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: sirmaverunt sibi sermonem nequam; Narfaverunt, ut absconderent laqueos; dixerunt, quis videbit eos? Psal. 63.

Mihi autem adhærere DEO bonum est; ponere in

Domino meo spem meam. Psal. 72.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, adversum me jurabant, quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum sletu miscebam. Psal. 102.

Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à

scandalis operantium iniquitatem. Psal. 140.

Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus. Laqueum paraverunt pedibus meis, & incurvaverunt animam meam; soderunt ante saciem meam soveam. Psal.65.

Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis

tuis non erravi. Pfal. 118.

Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Qui cogitaverunt iniquitates in corde, tota die consti-

constituebant prælia. Acuerunt linguas suas sicut serpentis, venenum aspidum sub labiis corum. Custodi me Domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitaverunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueum mihi, & sunes extenderunt in laqueum: juxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi Domino, DEUS meus es tu. Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur. psal, 139.

In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi, clamavi ad te Domine, dixi: tu es spes mea, portio mea in terra viventium. Libera me à persequentibus me,

quia confortati sunt super me. Psal. 141.

Multi, qui persequuntur me, & tribulant me; à te-

Rimoniis tuis non declinavi. Pfal. 118.

Respondebo exprobrantibus mihi verbum; quia speravi in sermonibus tuis. Psal. 118. Quando mihi aliquis dicet, quod non sim perseveraturus; quod valetudo sit defruenda.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, ut pupillam oculi. Psal. 15. Resistant DEI dexteræ illi, qui nos avocare laborant à semita, per quam DEUS nos vult ducere.

Ab insurgentibus in me exaltabis me; à viro inique

eripies me. plal. 17.

Ut animos nobis addamus ad ferendas constanter irrisiones, quas forte pati necesse sit à Sociis in via virtutis.

Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, & moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum. In te projectus sum ex utero: de venre matris mez, DEUS meus es tu, ne discesseris à me. psal. 21.

Ee 3

Quivi.

) C ..

O

ea,

ar-

m.

int

ent

in

211-

anetu

C à

80

pe-

unt

atis

oup

die

Ati-

Qui videbant me, foras fugerunt à me: oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde, factus sum tanquam vas perditum, quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu, psal. 30.

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, & ini-

mici nostri subsannaverunt nos. pfal. 79.

Considerat peccator justum, & quarit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus, nec damnabit eum, cum judicabitur illi. psal 36.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine DEUS meus, ne discesseris à me, psal. 37. Quasi diceret: Tu Domine ne derelinquas me; & hoc mihi sufficit.

Tota die verecundia mea contra me est, & confuso faciei meæ cooperuit me à voce exprobrantis, & obloquentis, à facie inimici & persequentis. Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumuste, & iniquè non egimus in testamento tuo, & non recessit retro cor nostrum psal. 52.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam,

& reverentiam meam. pfal. 68.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio, & illusio his, qui in circuitu nostro sunt: nos autem constebimur tibi in seculum- psal. 78.

Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abo-

minationem fibi. pfal. 87.

Maledicent illi, & tu benedices. Pfal. 108.

Sederunt Principes, & adversum meloquebantur, sefvus autem tuus exercebatur in tuis justivicationibus. ps. 118.

Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi,ego autem orabam. plal. 108. Ad revocandam interdiu in memoriam DE 1 prasentiam, tantopere necessariam ad vitanda constanter peccata.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evel-

let de laqueo pedes meos. Píal. 24.

das

am

um

ini.

care

bus

ihi,

mi-

di-

ufio

olo-

ve-

egi-

um,

am,

tid,

nfi=

abo=

fet-

118.

tem

Ad

Anima mea in manibus meis semper sut offeram illams DEO, quando ipsi placuerit trahere eam ad se illustratione quadam interna) & legem tuam non sum oblitus. Psal. 118.

Servavi mandata tua, & testimonia tua, quia omnes

viz mez in conspectutuo. Psal. 118.

Sicut oculi servorum in manibus Dominorum suorum, & sicut oculi ancilla in manibus Domina sua, ita oculi

nostri ad Dominum DEUM nostrum. Psal. 122,

Quo ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua sugiam? si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi: forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis, quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus, Ps. 183.

Domine deduc me in justitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam, Hebraus le-

git: propter insidiatores meos, Pfal, 5.

Neque habitabit juxta te malignus, neque permane-

bunt injusti ante oculos tuos. Psal, 5.

Non est DEUS in conspectu ejus (hinc quid sequitur)

inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Pial. 9.

Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam'à dextris est mihi, ne commovear. Psal. 15.

Erunt

Erunt ut complaceant eloquia oris mei, & meditatio

cordis mei in conspectutuo semper. Psal. 18.

Ad te Domine, Domine, oculi mei; in te sperayi, non auferas animam meam; custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.

Psal. 140.

non cognoverunt: & quâ de causa? Non est timor DEI

ante oculos corum. Pfal. 13.

Ignis in conspectu ejus exardescet. Psal. 49. Nimirum Amor DEI. DEUS cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est: etenim exli distillaverunt à facie DEI Sinai, à facie DEI Israël. Psal. 67.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus

super gentes respicient. Pfal. 65.

Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget DEUS Jacob. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat? Psal. 93.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. Ps. 89.

In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad curtendam viam. A summo cælo egressio ejus, & occursus ejus usque ad summum ejus, nec est qui se abscondat à catore ejus. Psal. 18. Atque ita imaginare tibi, quòd DEUS ex Solis globo intentos semper in te oculos habeat, & quòd inde tos in te obtutus sigat, quot radios emittit.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt: qui autem ejus rei fructus erunt? duo maxime. Et in nomine tuo exultabunt tota die. Latitia scilicet bona conscientia: & in

justitia

justitia tua exaltabuntur: & major in virtute progressus. Psal. 88.

Ad opem in tentationibus flagitandam.

Erue à framea DEUS animam meam, & de manu canis unicam meam. Psal. 21.

Salva me ex ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam. Psal. 21.

Custodi animam meam, & crue me. Psal. 24.

Adjutor meus esto ne derelinquas me, neque despicias me DEUS salutaris meus. Psal. 26.

Exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Ps. 31. Exurgat DEUS, & dissipentur inimici ejus, & fugi-

ant qui oderunt eum à facie ejus. Psal. 67.

Complaceat tibi Domine, ut eruas me, Domine ad adjuvandum me respice. Confundantur & revereantur simul, qui quærunt animam meam, ut auterant eam: convertantur retrorsum, & revereantur, qui volunt mihi mala. Psal. 39.

Adjutor meus, & protector meus tu es Domine, ne tardaveris. Psal. 39.

Exurge Domine adjuva nos, & redime nos propter nomen tuum. Psal. 43.

Adjutor meus, & liberaror meus es tu Domine ne moreris. Psal. 69.

Esto mihi in DEUM protectorem, & in locum mus

nitum, ut salvum me facias. Psal. 70.

Qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum, dicentes: DEUS dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum; quia non est qui cripiat. DEUS F f ne clon-

-

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

itio

iyi,

cm.

acis

EI

rum

puli

nim

raël.

cjus

liget

Tulti

aus

9.

uam

CUI-

irfus

ca-

EUS

inde

utem

ex-

k in Airia ne elongéris à me; DEUS meus in auxilium meum respice. Psal. 70.

Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.

Pfal. 79.

Domine DEUS meus in te speravi, salvum me sac ex omnibus persequentibus me, & libera me; ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum saciat. Psal. 7.

Întende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis; libera me à persequentibus me, quia conforta-

ti funt super me. Psal. 142.

Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perse.

quentibus me, Pfal. 30.

Apprehende arma & scutum, & exurge in adjutorium mihi; effunde frameam & conclude adversus eos, qui persequuntur me: dic anima mea, Salus tua ego sum. Consundantur & revereantur (ut proprium est eorum qui vieti sunt) quarentes animam meam; avertantur retrorsum, & consundantur cogitantes mihi mala. Psal. 34.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum (propter vim tentationum) quia ad te Domine, Domine, oculi mei in te speravi non auferas animam meam. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium

iniquitatem. Psal. 140,

Contra tentationes circa Fidem.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Psal. 118. Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini. Psal. 18.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus

in omnibus operibus suis. Psal. 144.

Sicut



Sicut audivimus, sic vidimus in Civitate Domini virtutum, in civitate DEI nostri. Psal. 47. Quorum verborum hic sensus est. Sicut audivimus in civitate Domini virtutum, h. e. In Ecclesia militante, sic vidimus in civitate DEI nostri, nimirum in Ecclesia triumphante, & sunt voces Beatorum in calo. Ejusmodi autem transpositio frequens est apud Hebraos. Sic in Canticis Nigrasum, sed formosa, sicut Tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis hoc est, nigrasum sicut Tabernacula Cedar, sed formosa sicut pelles Salomonis.

Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mitabilia ejus in profundo. Psal. 106. Quod est perinde ac dicere, quòd circa ea, ad que mentis mee obtutus non pertingit, attestationem habeo Sanctorum pracellentis doctrina.

Magnus Dominus, & magna virtus ejus, & sapientia

ejus non est numerus. Psal. 146.

Quam magnificata sunt opera tua Domine? nimis

profundæ factæ sunt cogitationes tuæ Psal. 91.

DEUS in sancto via tua. Quis DEUS magnus, sicut DEUS noster? tu es DEUS, qui facis mirabilia. Psal. 76. Sanctitas Legis & potestas Legislatoris, sunt duo argumenta credibilitatis, omnibus fortassis aliis efficaciora.

Non est similis tui in Diis Domine, & non est secundum opera tua. Omnes Gentes, quascunque secisti, venient & adorabunt coram te Domine, & glorisicabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es DEUS solus. Psal. 85.

Contra tentationes circa Pradestinationem.

fra in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus. Pal. 29.

Ff2

Atque

S.

XC

2-

C-

us

ta-

Ic.

Ti-

jui

m.

vi=

m,

im

111

la-

um

8.

00.

tus

cut

Atque ita quod DEUS mihi vult dare, vita est. In co dum convenirent simul adversum me (mali Da-

mones intelliguntur) accipere animam meam consiliati sunt. Ego autem in te speravi Domine: dixi DEUS meus es tu;

in manibus tuis sortes mex. Psal. 30.

Benedictus Dominus, quoniam mitificavit misericordiam suam mihi in Civitate munita. Ego autem dixi in excessu mentis mex: projectus sum à facie oculorum tuorum. Psal...zo Tunc dixi me esse reprobatum, quando vis timoris propè phreneticum me reddiderat.

Homines, & jumenta salvabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam DEUS. Psal. 35. Igitur & mihi spei aliquid superest, etsi jumenti magis, quam

hominis vitam ducam.

Duo hæcaudivi, quia potestas DEI est, & tibi Domine misericordia; quia tu reddes unicuique juxta opera tua. Psal. 61.

Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini; Domine memorabor justitiæ tuæ solius. Psal. 70. Si enim DEUS justus est, nemini potest facere injuriam.

Existimabam, ut cognoscerem hoc: labor est ante

me donec intrem in fanctuarium DEI. Pfal. 72.

Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Psal. 72. Ad considendum DEO in eo, quod non intelligimus.

Quis novit potestatem iræ tuæ? Psal. 89.

Æquitas testimonia tua in æternum: intellecum da mihi & vivam. Psal. 118.

Justus est Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Psal, 144.

Non

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te. Psal. 83. Ideireo ambulemus coram Domino in puritate, & aliud non quaramus.

Misericordiam & veritatem diligit DEUS, gratiam

& gloriam dabit Dominus. Pfal. 83.

Expecta Dominum, & custodi viam ejus, & exaltabit te, ut hæreditate capias terram; cum perierint peccatores videbis. Psal. 36.

Rectus Dominus DEUS noster, & non est iniquitas

in eo. Pfal. 91.

n

193

).

a

n.

te

2-

2

15

n

Ego autem in Domino speravi: exultabo & lætabor in misericordia tua. Psal. 30.

Contra tentationes Iracundia.

Miserere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Psal. 30.

Desine ab ira & derelinque furorem: noli æmulari ut maligneris, quoniam qui malignantur, exterminabuntur, sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram. Psal. 36.

Suscipiens mansueros Dominus, humilians autem peccatores (1. e. superbos) usque ad terram. Psal. 146.

Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Psal. 56.

Exaltabit mansuetos in salutem. Psal. 149.

Contra tentationes Vana Gloria.

Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moveat me. Plal. 35.

Ff3

Non

Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. psal. 113.

Confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis

timui. pfal, 118.

Si extolleris propter virtutem, considera judicia divina, Opprobrium abundantibus, & despectio superbis, Psal. 122.

Veritatem requiret Dominus, & retribuet abundan-

ter facientibus superbiam. psal 30.

Non habitabit in medio domus mez, qui facit superbiam. Psal. 110. Ita me DEUS alloquitur.

Populum humilem salvum facies, & oculos superbo-

rum humiliabis. Pfal. 17.

Superbi inique agebant usquequaque. pfal. 118.

Confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude de tua. Psal. 105.

Fortitudo & laus mea Dominus. plal. 117.

Gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Psal. 88.

Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tu-

um, quoniam tu benedices justo. Plal. f.

Tibi sacrificabo hostiam laudis. Psal. 115. Illam scilicet laudem, quam vellem tribuere mihi, sacrificabo tibi, & non me laudabo.

Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam; qui dixerunt; linguam nostram magniscabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? Fol. 11.

Custodiens parvulos Dominus : humiliatus sum, &

liberavit me. plal 1 14.

Corripict me justus in misericordia & increpabit me

(hoc est, quod desiderare debes: amicum bonum, qui veritatem tibi sine suco manisestet, & desectus tuos) oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: neminem autem quarere debes, qui tibi aduletur. Psal. 40.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino

gloriam nomini ejus. plal. 91.

da

115

40

15,

lia

Ue

04

Ua

X

u-

ci-

de

m

2-

13

8

ne

est

Domine DEUS meus in æternum confitebor tibi h. e. landabo te. psal. 29.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. Psal. 70.

Date gloriam DEO super Israël; 1, e. super omnia benesicia collata Israëli, psal. 67.

Gloriemur in laude tua. pfal, 105.

Confitebortibi Domine in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. pfal. 85.

Semper laus tua in ore meo. psal. 33. Omnis spiritus laudet Dominum. psal. 105.

Contra tentationes Carnis,

Tota die contristatus ingrediebar, quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. psal. 37.

Insuper & usque ad noctem increpuerunt me renes

mei. pfal. 15.

Inflammatum est cor meum, & renes mei commutatisunt, & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi. psal. 72.

In DEO speravi, non timebo quid faciat mihi caro.

Eripe me de luto ut non infigar, psal. 68.

Confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis timui, psal. 18.

Recte

Reste additur, à judiciis &c. Si attendantur frequentes lapsus carnis, quibus, occulto DEI judicio, labi permissi funt homines Sancti, Victorinus, Jacobus &c. Et ante hos ipse adeò David.

Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

pfal. 48. mediate in a and

Contra tentationes Pufillanimitatis & Diffidentia in vita spirituali.

A dextris est mihi ne commovear: propter hoc lætazum est cor meum, & exultavit lingua mea; insuper & caro mea requiescet in spe. psal. 15.

In te eripiar à tentatione, & in DEO meo transgre-

diar murum. pfal. 17.

Et si ambulavero in medio umbræ mortis, non time-

bo mala, quoniam tu mecum es, pfal. 22.

Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum. psal. 22.

Firmamentum est Dominus timentibus eum. ps. 24. In Domino sperans non infirmabor. psal. 25.

Dominus illuminatio mea & falus mea, quem timebo? psal. 26.

Dominus virtutem populo suo dabit. Psal. 28.

Fortitudo mea, & refugium meus es tu, & propter momen tuum deduces me, & enurries me, Psal. 30.

Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum spe-

rabunt. Pfal. 75.

Nec enim in gladio suo possederunt terram (Sancti scilicet non suis viribus calessem gloriam consecuti sunt) & brachi-

brachium corum non salvavit cos: sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse Rex meus, & DEUS meus (tu non minus meus, quam ipsorum DEUS es : hinc quid sequitur?) In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non salvabit me. Psal. 43.

In DEO faciemus virtutem, & ipse ad nihilum de-

ducet tribulantes nos. Pial. 59.

Ipse DEUS meus, & salutaris meus, & susceptor meus, non movebor amplius. Psal. 61. manustive side!

Ego autem semper sperabo, & adjiciam super omnem

laudem tuam. Plal. 70.

774

5 %

Da-

lis.

ia

ta-

C2-

re-

ne.

Vi-

em

24.

ne.

ter

pe-

ncti

8 hi-

Montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis, Pfal. 103. Hoc est abjicere sese dicendo, quod nos parati simus facere id tantillum quod possumus, majora aliis permittendo.

Quis deducet me in civitatem munitam, quis deducet me usque in Idumeam ? (inter inimicos scilicet, quos oportet debellare) nonne tu DEUS, qui repulisti nos, & non egredieris DEUS in virtutibus nostris? (ta nimirum DEUS noster, qui non nostris viribus, sed tuo robore vis ope-Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana falus hominis. In DEO faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Píal. 59.

Dominus virtutum (DEU Spotentissimus) nobiscum, susceptor noster DEUS Jacob (idem ipse DEUS, qui tanta benignitate adstitit Jacobo, peregrino, exuli, persecutiones

passo c.) Plal. 45.

non desclimathi quescrice re Domin Verumtamen DEO subjecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea, quia ipse DEUS meus, & Salvator meus, adjutor meus, non emigrabo (non transibo è castris & à vexillo Christi ad vexillum Inimici.) In DE O salutare meum, & gloria mea, DEUS auxilij mei, & spes mea in DEO est. Psal. 61.

Alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsierunt animam meam (tales sunt mali Damones, qui me impugnant) & non proposuerunt DEUM ante conspectum suum (non voluerunt advertere, quod DEUS mecum sit) ecce enim DEUS adjuvat me, & Dominus susceptor est anima mex. Psal. 53.

Mirabilis DEUS in Sanctis suis, DEUS Israel: ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suz; Benedictus DEUS. Psal. 67. Mirabilia qua DEUS operatus est in Sanctis suis semper animos nobis addere debent, etiamsi nos ipsos cognoscamus ineptissimos ut tales etiam nos evadamus.

Tu es Domine spes mea. Psal 90.

Domine non confundar, quoniam invocavi te. Pf. 30. Si confistant adversum me castra, non timebit cor meum; si exurgat adversus me præsium, in hoc ego sperabo. Psal. 26.

DEUS meus adjutor meus, & sperabo in eum. Ps. 17. In re Domine speravi, non confundar in æternum. Psal. 20.

Domine virtutum: beatus homo qui sperat in te,

Lætentur omnes, qui sperant in te: in æternum exultabunt & habitabis in eis. Psal. 5.

Sperent in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te Domine. Psal, 9.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi. Psal. 12.

Salvos facis sperantes in te. Pfal. 16.

Prote-

Protector est omnium sperantium in se. Psal. 17.

In te speraverunt Patres nostri, speraverunt & libetâsti eos. Psal. 21. Non satis est incipere sperare, oportet perseverare.

Sperantem in Domino misericordia circumdabit.

Psal. 31.

re

in

ic-

m-

ım

cce

nx

pic

tus

an-

fos

30.

cor

ra-

17.

ım,

tc.

ul-

ain

ego

te-

Gustate & videte quoniam suavis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo. psal. 33.

Ut DEO in memoriam revocemus promissiones nobis factas (quando nos vocavit initio conversionis) adjuvandi nos ad perseverandum.

Deduxisti nos, quia factus es spes mea: Turris fortitudinis à facie inimici. psal- 60.

Ne projicias me in tempore senectutis; cum desecerit

virtus mea, ne derelinquas me. psal. 70.

Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super silium hominis, quem consirmâsti tibi, & non discedimus à te. psal. 69.

Ubi sunt misericordia tua antiqua Domine, sicut ju-

râsti David in veritate tua. psal. 88.

Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti; hæc me consolata est in humilitate mea. 181.

Fiat misericordia tua, ut consoletur me; secundum eloquium tuum servo tuo. Psal. 118.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam, & non confundas me ab expectatione mea. psal. 118.

Ut se quis soletur, cum magis perficiende paupertatis studio, multarum se rerum indigum viderit.

Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. vsal. 17.

g 2 Ego

Ego autem mendicus fum, & pauper; Dominus solicitus est mei. pfal. 39.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit : in loco pas

scuz ibi me collocavit. Psal. 22.

Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. pfal. 54.

Inclina Domine autem tuam, & exaudi me, quia in-

ops & pauper sum ego. Psal. 85.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut

in omnibus divitiis. pfal, 118.

Factus est Dominus refugium pauperi, adjutor in opportunitatibus in tribulatione, rial. 9.

Oculi ejus in pauperem respiciunt. Psal. 9.

Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor. easing in comp

pfal. 9.

Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus, ponam in salutari (1. e. stabiliam eos in salute) fiducialiter agam in eo. Psal. II.

Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti. brutt miloric still the antique Domic

pfal. 118.

Respice in me, & miserere mei; quia unicus & pau-

per sum ego, pial, 24. " ovid nu iday of a tomate Iste pauper clamavit (ego ipse nimirum, aliis occasionibus) & Dominus exaudivit cum, & de omnibus tribulati-

Parâsti in dulcedine tua pauperi DEUS. Psal. 67.

Ego autem sum pauper & dolens; salus tua suscepit me. Pfal. 68. morning a some mus ansalo amp of all

Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa, pfal. 118.





Ego verò egenus & pauper sum, DEUS adjuva me. Psal. 69.

Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum falvas faciet. Psal. 71.

Ne avertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum. Psal. 73.

Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsir me. Psal. 26.

Divites eguerunt & esurierunt (nec enim unquam contenti sunt iis qua habent) inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. (Quia soli habent, quantum ipsis sufficit.) Psal. 33.

Ad addendos nobis animos, ne excusemus nos, cum corrigimur; aut ne pungamus vicissim, cum verbis pungimur, is season of the contraction of the con

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad exculandas excusationes in peccatis. Psal. 140.

Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum, & sactus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, quoniam in te speravi. Psal. 73.

Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me. Psal. 38.

Memor esto opprobrij servi tui (quod continui in sinu meo) multarum gentium. Psal. 88.

Vi excitemus nos, ad relinquendam Superiori nostri curam, postquam necessitatem illi nostram proposuimus.

Revela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse Gg 3 faciet

li-

2.

U-

in.

Cut

op-

or.

im sta-

nti.

au-

oni-

ati-

010

pit

p0-

Ego

faciet. Pfal. 36. Recte dicitur, Domino, Superior enim DEI vice fungitur.

Vt excitemur ad obediendum alacriter etiam in rebus arduis & molestis.

Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi: holocaustum, & pro peccato non postulasti: Tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, DEUS meus volui, & le. gem tuam in medio cordis mei. Pfal. 28. Quod eft perinde ac dicere: Tu DEUS, pro peccatis meis poteras me severe punire, & magnum aliquod à me Sacrificium exigere: & tu loco horum contentus es ut obediam; ideo libenter ac prompte &c.

Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Quid bine sequitur ? Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria su-

scepisti me. Psal. 72.

Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Pial. 39. (Et ideireo non existimes te profecisse in obedientia, donec te ponas in manu DEI, ut simili modo tracteris.) Non audivit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi: & dimisi eos secundum deside. ria cordis corum: ibunt in adinventionibus suis. Ps. 80.

Ad addendos sibi animos, ubi quid genio valde repugnans ferre, aut subire oportuerit.

Bonum mihi, quia humiliasti me, ut diseam justifi-

cationes tuas. Plal, 118.

Cognovi Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Psal. 118.

120

crosts Domino viam man; 22 focts in co. & tole HumiliaHumiliatus sum usquequaque Domine, vivisica me secundum verbum tuum. Psal. 118.

Vide humilitatem meam, & laborem meum, & di-

mittte universa delicta mea. Psal. 24.

Justus es Domine, & rectum judicium tuum. Ps. 118. Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Psal. 112.

Tota die verecundia mea contra me est; & confusio

faciei mez cooperuit me. Pfal. 43.

Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut

oves occisionis. Psal. 43.

EI

e-

er-

ti:

ne,

le-

ade

re,

um

te-

am

fu-

011-

cisse

rodo

, &

de-

0.

16-

tifi-

ve-

ilia-

Humiliata est in pulvere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster: exurge Domine adjuva nos, & redime nos propter nomen tuum. Psal. 43.

Propter te sustinui opprobrium; operuit confusio fa-

ciem meam. Pfal. 68.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam. Psal. 68.

Improperium expectavit cor meum, & miseriam. Psal. 86.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis; rugiebam à

gemitu cordis mei. Plal. 37.

Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto; & inclinavit ex hoc in hoc. Verumtamen fæx ejus non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Psal. 74.

De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput?

Pfal. 109.

Priu quam humiliarer ego deliqui, Plal, 118, Et hine merito delictum subsecuta est pæna.

Imple

Imple facies corum ignominia & quærent nomen tuum Domine. pfal. 82.

Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus fum nimis, Plal. 141. mirre universa delicha men. Plal a

Ad obsirmandum animum contra gloriam bumanam.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus, & non respexit in vanitates & insanias falsas. pfal. 39. Nec obintu quidem eas dignatus est.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Do-

minus, Plal, 67.

Averte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua

vivifica me. Pfal. 118.

Beatum dixerunt populum, cui hac sunt (vanitates scilicet ista: sed hoc falsum est.) Beatus populus, cujus Dominus DEUS ejus. Psal. 43.

Vidi impium superexaltatum, & clevarum sicut cedros Libani, & transivi, & ecce non erat: quæsivi eum, & non est inventus locus ejus. rsal. 36.

Periit memoria corum cum sonitu, & Dominus in

Velut somnium surgentium Domine in civitate tua, imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Psal. 72.

Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus sub-

fannabit eos. Pfal. 2.

elguit

Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus; quoniam cum interierit non fumet omnia, neque descender cum eo gloria ejus. pfal. 48.

Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt o-

mnes viri divitiarum in manibus luis. Plal. 75.

Melius

Melius est modicum justo super divitias peccatorum multas. Psal. 36.

Ad obsirmandum animum contra timorem mortis.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te: & nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea apud te est.

Nunquid qui dormit non adjiciet, ut resurgat?

Verumtamen DEUS redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me. Psal. 48.

Ad te omnis caro veniet. Plal. 64.

Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? psal. 88.

Sol cognovit occasum suum. psal. 103. i. e. ipse aded Christus mortuus est.

Educ de custodia animam meam: me expectant justi, donec retribuas mihi. Psal. 141.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum. Domini ibimus psal. 122.

Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini. psal. 126.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis, non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. 16. 126.

Lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno. Psal. 15.

Hh

Ad



15

n.

n

\$16

0-

112

tes

us

ce-

in

ua,

1b-

ùm

te-

ria

0-

ius

Ad petendam à DEO sanctam in religioso DEI famulatu Perseverantiam.

Unam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. psal. 26.

Quia melior est dies una in atriis tuis super millia; elegi abjectus esse in domo DEI mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Psal. 83.

Misericotdia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum. Psal. 22.

Ad petendum à DEO spatium Ponitentia ante mortem.

Remitte mihi ut refrigeter priusquam abeam, & ampliùs non ero. psal. 38.

Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui descendunt in infernum: sed nos qui vivimus, benedicimus Domino ex hoc nunc & usque in seculum. Psal. 113.

Ad te Domine clamabo, & ad DEUM meum deprecabor; quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? nunquid consitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam? Psal. 29.

Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes. Psal. 58. Tunc enim mensa divina misericordia non est amplius parata.

Ad petendam à DEO liberationem ab Inferno.

Ne perdas cum Impiis DEUS animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. Psal. 25.

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Psal. 83.

Domine,

Domine, ne in furore tua arguas me, sed in ira tua cortipias me. psal. 6. David pro sed, dicit neque, & per surorem intelligit Infernum, per iram Purgatorium, ut S. Augustinus explicat, tibi fortassis sufficiet dicere sed.

Si dereliquero filius tuus legem tuam, & in judiciis tuis non ambulavero; si justitias tuas profanavero, & mandata tua non custodiero; visita in virga iniquitates meas, & in verberibus peccata mea; misericordiam autem tuam non dispergas à me. Psal. 88.

Ad petendam à DEO aternam Beatitudinem meritis Sanctissima Virginis.

Respice in me, & miserere mei: da imperium tuum puero tuo, & salvum sac silium ancillæ tuæ. psal. 83.

O Domine quia ego servus tuus; ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ. Psal. 115.

Ad petendam à DEO opem contra Persecutores
Religionis.

Ne taceas, neque compescaris DEUS, quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput; super populum tuum malignaverunt consilium, & cogitaverunt adversus Sanctos tuos: dixerunt, venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra. DEUS meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti, psal. 82.

Usquequò peccatores Domine, usquequò peccatores gloriabuntur? effabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur injustitiam? Populum tuum Domine humiliaverunt, & hæreditatem tuam vexaverunt. Psal. 93.

Hh 2

DEUS



İ

n

ui

1-

e-

in

1-

ut

08

m

as

10,

DEUS virtutum convertere, respice de cælo, & vide, & visita vineam istam: exterminavit eam aper de silva, & singularis ferus depastus est eam. Psal. 79.

Ad commendandam DEO salutem alicujus agri,

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus. Psal. 40.

Aut Conversionem Peccatorum.

Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut non sint. Psal. 103.

In camo, & freno maxillas corum constringe, qui non

approximant ad te. Pfal, 31.

Ne avertas hominem in humilitatem; & dixisti; Convertimini silij hominum. Psal, 89. 1.e. quia dixisti.

Vt paucis iterum petamus à DEO gratias ante bac petitas.

Domine ante te desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Psal. 37.

Ad gratias DEO agendas pro accepta aliqua gratia.

Non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis, nec avertit saciem suam à me: & cum clamarem ad cum exaudivit me. Psal. 21.

Benedictus Dominus quoniam exaudivit vocem de-

precationis mex. Pfal. 27.

Dominus adjutor meus, & protector meus; in ipsosperavit cor meum, & adjutus sum. Psal. 27.

Audivit Dominus, & misertus est mei: Dominus fa-Aus est adjutor meus. Psal. 29.

Benedi-

Benedictus DEUS, qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam à me. Psal. 65.

Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de

monte sancto suo. Psal. 3.

Cùm invocarem exaudivit me DEUS justitiz mez.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus

orationem meam suscepit. Psal. 6.

Exaudivit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus. Psal. 77.

Ad solandum se in afflicta valetudine.

Dedisti metuentibus te significationem ut sugiant à sacie arcus, ut liberentur dilecti tui. Psal. 59.

DEUS noster, DEUS salvos faciendi, & Domini

Domini exitus mortis. Psal 67.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum; sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Psal. 6.

Multiplicatæ sunt insirmitates corum: quid inde boni consecutum est? posttea acceleraverunt. Psal. 15. 1. e. Festinarunt facere bene, cum adverterent multis morbis utique non diu post mortem successuram.

Virga tua, & baculus tuus, ipse me consolata sunt. Psal. 22. Virga castigat pigros; baculus sustentat debiles: utraque, aquali promptitudine, velut à DEO profecta, acce-

ptanda sunt.

Haself

S

1-

i-

Ad agendas DEO gratias post valetudinem ex morbo gravi recuperatam.

Dominus adjutor meus & protector meus: in ipso spe-Hh 3 ravit ravit cor meum, & adjutus sum, & restoruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Psal. 37.

Domine DEUS meus clamavi ad te, & sanâsti me.

Pfal. 29.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & factus es

mihi in salutem. Psal. 117.

Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini. Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me. Psal. 117.

Misit servum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de

interitionibus corum. Psal. 136.

Exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes lau-

dationes tuas in portis filiæ Sion. Psal. 9.

Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam. Psal. 102.

Ad agnoscendam suam miseriam ob tam serum accessum ad servitutem DEI.

Et dixi: nunc cœpi (nimirum post tot annos atatis, post tot annos in religioso cætu exactos; unde merito adjungi potest.)

Hæc mutatio dexteræ excelsi. Psal. 36. Magna enim utique DE I miseratio est, quod quis tam serò denique resipiscat.

Ad se excitandum ad agendam etiam corporis cruciatibus Panitentiam.

Circumdederunt me dolores mortis (quando peccabam) & pericula inferni invenerunt me. Quid ideireo egi? Tribulationem & dolorem inveni. Excogitavi modum affligendi & eruciandi memetipsum, &, hac spe nixus, nomen Domini Domini invocavi: magna fiducia confugi ad DEUM: ô Domine libera animam meam. Psal. 114. Ita locum hunc S. Basilius interpretatus est. Ego autem cum mihi molesti essent (Damones suis tentationibus) induebar cilicio, humiliabam in jejunio animam meam; & oratio mea in sinu meo convertetur. Psal. 34.

Operui in jejunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi, & posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Psal. 68. Hinc excita te ad non pratermittenda opera panalia, etiamsi propterea ab aliis

traducaris.

&

e.

es

ni.

lit

de

u-

les

us

n-

ef-

oft

A.)

11-

4

12-

4-

13

1f-

en

ni

Cincrem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Psal. 101.

Genua mea infirmata sunt à jejunio, & caro mea im-

mutata est propter oleum. Psal. 108.

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Ps. 6. Quod est loco quietis capienda peccata sua deplorare.

In flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper, quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. Psal. 25.

Sacrificium DEO spiritus contribulatus. Psal. 50. 1.6.

cum corpore tribulatus.

Vt excites te ad non deserendum perfectionis studium pro quacunque re Mundi.

Sprevisti omnes discedentes à judiciis tuis, quia injusta cogitatio eorum. Psal, 118. Nota illud discedentes, & certus sis, quod pejus sit Sanctitatem deserere, quòm non amplecti. Nec sine magna causa hoc appellatur cogitatio injusta, cum sit summa injuria, qua DEO inferatur.

Vt

Vt excites te ad semper proficiendum in virtute.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit Legislator: ibunt de virtute in virtutem; videbitur DEUS Deorum in Sion. Psal. 83.

Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Psal. 118.

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEUS.

Psal. 83. Quò quis progreditur longius, hoc plus via sibissuperesse videt.

Vt nos excitemus generatim ad ferenda prorsus omnia, que nobis ingrata ac molesta accidunt.

Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent, Euntes ibant, & slebant mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos, Psal. 125.

Obmutui, & non operui os meum; quoniam tu fecisti: Nec infolens tibi videatur, quod addat: amove à me plagas tuas. Nec enimpetitur, ut DEUS auferat illas plagas, quas nobis infligit tanquam chirurgus ad nos sanandos, sed illas, ad quas nos damnat ut Judex ad nos puniendos, qualis est excæcatio intellectus, induratio cordis, & permissio casus in reprobum sensum & Tuus est dies, & tua est nox; astatem & ver tu plasmâsti ea. Psal. 73.

Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinavit ex hoc in hoc. Pfal. 74. Nota illas voces: in manu Domini: & solare te.

Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi (dum ego tanquam cervus fugitivus proripiebam me à facie tua) & confirmâsti super me ma-

me manum tuam. Psal. 37. Tu amantissime Venator assecutus es me, & manum tuam mihi imposuisti.

Tu es refugium meum à tribulatione que circumdedit me. Psal. 31. 1.e. à Demonibus libera me, qui in hac afflictione vellent me à te avellere, & ideireo me circumdant.

Multæ tribulationes justorum, & de omnibus his

liberavit eos Dominus. Píal. 33.

Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde. Ps. 23.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum (sic DEUS loquitur) cum ipio sum in tribulatione (quamdin vivit) eripiam eum (in morte) & gloriscabo eum (in gloria. Psal. 90.

DEUS noster refugium, & virtus, adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis; propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Psal. 45. 1.e. Non timebimus, etsi sursum deorsum totus Mundus vertatur.

Invoca me in die tribulationis, eruam te, & honorifi-

cabis me, Psal. 49.

n

m

nt

n.

S.

0-

nt,

tes

05.

te=

me

453

il-

est

111

ta-

in.

120

245

rec

na-

Da nobis Domineauxilium de tribulatione, quia va-

na falus hominis. Pfal. 59. 110 al mont

Probâsti nos DEUS, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti ttibulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Psal. 65.

Locutum est cor meum in tribulatione mea: holocausta medullata offeram tibi. Psal. 61. Nec enim aliud est

Sacrificium tam gratum quam; Pati.

In die tribulationis mex DEUM exquisivi, manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Psal. 36. Tempore tribulationis DEUS quodammodo manibus explorali bundis bundis quaritur; tandem autem quantumlibet densa in nocte invenitur. Plal. 76.

Tribulatio & angustia invenerunt me: quid proinde agendum ad vires & robur obtinendum? mandata tua me-

ditatio mea est. Pfal. 118.

Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam (sie ut nocere mihi non possent, nisi quantum tibi placebat) & salvum me fecit dextera tua. Psal, 137.

Effundo in conspectu ejus orationem meam (effundo scilicet coram DEO cor meum) & tribulatiodem meam ante ipsum pronuntio. Psal. 141i Ne igitur cures coram homi-

nibus animum tuum pandere.

Arcum conteret, & confringet arma, & seuta comburet igni. Psal. 45. Quod est idem ac disere: erit tandem sinis istius belli, quo DEUS nos oppugnat velut inimicus; & pro eo dabit nobis srui aterna pace.

Fulgura in pluviam fecit. Plal. 134. Qua videban.

tur supplicia, mutabuntur in beneficia.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris enm. Psal. 93. Tribulatione DEUS nostram tollit ignorantiam.

Disciplina tua correxit me, antehac & discriplina

tua ipsa me docebit inposterum. Pfal. 17.

LAUS DEO.

28 (*) 26

